



147

0i. 26^a.



**Nullus Lipsensis respondet
Nemini Wittenbergensi.**

Nullus me genuit pater : mater mihi nulla
Hoc cōmune mihi de Jove Pallas habet.



Nullus alloquitur lectorem.

Si rogitas qualis librum conscripserit author:
Est nullus: nullus: edidit ipse librum.
Nemini est frater: quamvis quoque gratia fratrum
Kara sit: hic videas iurgia abesse tamen
Iurgia abesse procul: nam fratris mitigat iram.
Nec sunt dentato scripta peruncta sale.
Nec vitio vertes: quenquam sua causa disertum
Reddit: quisque suum diluit atque scelus.

Τελος.



Nullus Lipsensis respondet Nemini Wittenbergensi.

Quo vero Nullus non satis mirari possum unde nouū
christianorū genus apud nos exoriatur. Quis em̄ non
videt quantū examen phariseorū scribarū et pseudochristia-
norū veluti Iobes p̄ pago nullibi non terrarū exurgat / quid
em̄ in om̄ibus terre angulis q̄z inuidia / ira / obrectatio. Quid
frequenti⁹ iam videmus q̄z christianū in alterius christiani p̄-
niciē / om̄i conatu incūbere. q̄z vbiuis charitas illa Pauli extinc-
ta est / que vt ipse refert / oīa suffert / nō est procar / non inflatur /
non fastidiosa / nō irritat / nō cogitat malū / nō gaudet de iniu-
sticia / sed cōgaret veritati / vbi nunc mutu⁹ est membrorū in
vno capite Christo nexus. Jam qualiscūqz iniuriola nexū illū
veluti Tenedia / vt dicit / Bipennis dissecat. O proch hoim si-
dem. vbi nunc Christiani nomē est ⁊ vbi oīa ira / obrectatione /
Maluolentia strepunt. Quis nos non vere sepulchra de alba
ta dicere foris nitidos / intus inuidia / Ira / Obrectatione sordis-
simos. Quā vereor ne in nostrum seculum illud cadat totus
mundus in maligno positus est. Quid enim in hoc mundo est
nisi inuidia ⁊ vbi proximorū fortunā tam luidis oculis vide-
mus. quantū obrectationib⁹ / simulatibus / clancularijs odijs
tentatis apologijs omnia per strepunt. quis em̄ non videt quā
te tragedie ob res vel Atellanis fabulis / viliores excitentur. quā
celum terra misceatur. si verbo acerbiorē alteri in faciem resite-
ris. Jam nihil prius habemus q̄z vt proximus. noster a proa
et puppi / vt dicitur / intereat. videtis opinor quantis odijs mu-
tuis in nostris regionibus certetur et quod omnium maxime de-
testandus est / clancularijs morsibus veluti vipere in viperam
hominis Christiani sez inuicem se mōficant : culpam omnem
in nemine reiicientes / nempe cui satis obesus tergū est vt etiam
plaustra cōuiciorū ferre possit. id qd nuper in nemine Witten-
bergen nemo non cognoscere potuit. q̄z queso nemo ille Wite-
nbergen. Dū vnus hoīs stulticiā vlcisci studet tocuis Acade-
mie lipsensis adde qd ⁊ p̄ncipis nostri clemētissimi auctoritatē

Aij

Non philosophorum
lipsum instinctu
Rubeum nugas
suas emisse.

Socrates pacif
entia.

Coryceus.

Alenat. Quorsum antequam attinebat Dñi nescio quē Rubeum sud /
ut dicitur / penicillo deliniare vult toti? Academie / principis quoque
nostri existimationi loliginem offundere . verum ne ad omnia
muti esse videamur / ad pauca respondere ego Nullus cona-
bor . principio nemo ille Duitenbergem / pbare nititur Rubeus
Sophistarum / eo enim vocabulo ludit / impulsu has suas Ne-
nias emisisse . Quod taz a veritate abhorret ut nihil supra . Cre-
das mihi Nemo philosophi lipenses et prudentiores / et Chri-
stianiores sunt q̄z ut Rubeus illum terre filium disputationis
Lipsie habite scriptorem subornent Cum Lipsenses nihil pla-
ne se huius rei admiscere voluerint . non ignari rem plenam inui-
die esse . adde quod non ignoro plerosque Sophistas / eo em̄ vo-
cabulo ego Nullus vtor quo et Nemo meus usus est / nihil un-
quā iniquius tulisset / q̄z quod Rubeus nugas
suas tradaxerat / non ignorantes plerosque putaturos suorum ip-
sorum impulsu hanc fabulam agi . Quid aut facerem? factum
infectum qui facere poterant / Rubeus ille emiserat . Exempla-
ria supprimere non poterant / cum Bibliopola multa in homi-
nū manus dederat . tum sat sciebant neminē tam desipere / cui
modo Doctorum istorum eruditio singulis cognita esset / quin
illius hominis Baceli nugas pro ludo habiturus sit . quando
quidem ab homine tam Analphabeto vituperari / maxime lau-
dari est . unde Socrates εἰπω νικῶσ ab homine male monete cō-
uitijs laceratus / cur non remorderet rogatus / q̄s inquit / in mag-
no discrimine ponat si asinus quempiā calcibus impetat . quor-
sum ergo attinebat hominis vel insania insanius minis per-
harmis / ut dicunt fulgurantibus tantopere cōmoueri . et totam
Academiā nostram in suspicionē vocare Quo em̄ queso Co-
ryceus . ryces usus es Academie consensu factum esse / quibus queso cō-
iecturis id conijcere potuisti histrionē illum a philosophis no-
stris viris / Quod per te liceat dicere philosophotatis suborna-
tatum . at dices . quis nescit omnes Lipsenses odio nostri estu-
are? Quid vero audio? hoc cum disputatione Lipsie ageretur /
videre potuisti / quanta simultate Lipsenses aduersus vos dis-
siderent / cum ne vllus quidem simultatis odor oboleret . Adde
quod quis queso vos non iam intestino odio insectaretur / nisi

christiana modestia prohiberet/cum omni/ut dicitur/pede ad-
uersum nos stetis. vestra esset mutuo conatu literas iam vndi-
qz sub nascentes pmouere/et plane contentione quadam/ qua
Hesiodus optimam esse dicit / studia erigere et odisse nos gratis
incipitis/vnius hominis nugae comoti Lipsensium famam in totum
labefactare contenditis. credite mihi Rubrum illum sua ipsius
stulticia compulsam ut Abortiuas suas nugas ederet. Argu-
menta tibi nulla restant quibus convincere potes philosophorum
instinctu admissum. nisi forsitan in somno quemadmodum My-
cillo Lucianico aureum Somnium obuersatum sit. Ceterum quod lip-
senses philosophos Sophistas appellas nescio quid te moue-
rit. An Vuittenberge nisi veri philosophi et oratores agunt?
quod qui probare velis non intelligo. cum nescio quot sectarum
philosophicarum examina Vuittenberga pducant. Hicem Thomae
sectam mordicus tenet Ille pro Scoto quasi pro aris et fo-
cis digladiatur / nos autem unum habemus philosophum Aristo-
quem per omnia sequimur/cuius libri publico stipendio profi-
temur. nam igitur vide an Antistrophontem in te retorquere pos-
sim/ te tuo/ ut dicitur gladio iugulans. Quis queso magis co-
DISTEVEIV solet qui ex fonte ipso philosophiam haurit qz qui
circa riuos conuenit Aristotelem fontem philosophie quis ne-
gat modo naturalium rerum cognitionem intrare / qua omnibus
citra controversiam antecellit / quamquam non ignoramus Plato-
nem quantum ad diuinarum rerum et ad fidei nostre orthodoxe ali-
quam cognitionem spectat Aristotelem multo intervallo post se re-
linquere ut doctissimus Cardinalis Bessarion quatuor libris
doctissime disputat. Sed hec extra viam. Quid queso te ne-
minem mouit quod philosophos nostros Sophistas hoc est phi-
losophie umbraticae quasi quasdam umbras appellas. At dices
Sophistas cur non appellam? cum tam infantes sint ut vix
semel quod volunt eleganter verbis adornare possint. At pro-
fecto hoc cum multis commune habet. quis autem queso Cothur-
natam eloquentiam in philosopho desiderat? satis est si para-
si candida si Simpliciter utatur oratione? res enim ipsa ornari
non vult contenta doceri. tum quotus quisque est qui si philoso-
phie se addixerit non eloquentie aliquid detraxit. Franciscus
Aij

Myellus La
clanica 6

Author dicitur
Hieronymus in li.
de vita deo dis-
caturum vir-
ginum. Quomodo
Aristoteles
Platonem praestitit

Qualis oratio
philosophi

Pico.
Angelus Po-
licianus.

ille Pico nonne propterea eloquentie fuit arduioris quod plus equo in philosophie studiū sese coniecerat. Angelus autē Policianus et viuatio: et flāmeus magis est oratiōe q̄ philosophie studio quippiam remisera. non em̄ fieri potest vt admiraculum vsq; eloquens sis si Aristotelis Euripos exhauriri cogaris. Hinc est q̄ Hermolaus Barbarus Sobriam vult esse philosophi orationem: nec propterea Sophistam putandum si quis asperius et conscissius loquatur. Quid ergo habes quod philosophos nostros Sophistas appellas. vel qđ non tam p̄ omnia eloquentia ad miraculū vtantur/ tum scias hoc ipsis cū multis cōmune esse. tum ipsi infelicitati temporū imputandus esse in qua nescio que literarū $\pi\alpha\nu\omicron\lambda\epsilon\theta\iota\alpha$ erat. Non est ergo q̄ Sophistarum crimen in eos iacere possis. tum et hanc clauam tibi extorquebim⁹ qua aditus diceres quod non nisi parua logicalia et nescio quas alias et dialectices et phie $\lambda\epsilon\pi\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\sigma$ docerent/ cum iam illis reiectis veram philosophiā omnes am Babus/ vt dicitur/ manibus amplectant. Eas nunc et Sophistas eos appella. Ceterū quod scribis literas nascentes retardare. Hoc quis non videt falsissimū esse. quandoquidē et suo stipendio vtriusq; lingue professores adiutare solent quo cōmodius literas renascentes in pristinū gradum restituere possint. Quis igitur te Neminē non Parthis mendatiore dicit? Vide igitur quid tuis illis consutis mendatīs efficias. Vide q̄ tua verba sibi consent. Vide quantū incendiū ex igne paruo excites. dum Rubij famam eleuare studes/ Academiae nostre vniuerse notam inuris nempe quā Barbarei/ quasi quandam sententiam facis cum reuera Lipsica nostra Academia in vtraq; literatura flourerit priusq; vestra ferme institueretur. non em̄ plerisq; ignotum est. quendam Claricum Bononiensem plus ante viginti annos linguam grecam Lipsie docuisse/ huius grāmatica carminib⁹ scripta apud plerosq; adhuc latet. quomō tunc vestra Academia florebat? quantū queso in vtraq; lingua clara erat? que igitur malum vesania est vestram Academia ita immensis laudibus extollere vt nostra non nisi ludus Comptalicius esse videatur. quā tamē olim Illustrissimus princeps Albertus optimarū literarū presidio constabilinuit. et doctissim⁹

Proverbium.

Claricus Bo-
noniensis.

mos quosq; viros premio quasi seminario proposito in suam
Academiam accersebat. Id quod Illustrissim^o princeps Ge-
orgius a patre quasi per manū accepit. qui quidvis admitteret
q̄z ut Academie sue nobilitande defuisse videretur. videat igi-
tur nemo Vuittembergensis quorsum sua oratione agatur/ qui
ex toti Academie et principi nostro clementissimo derogat. dum
vnius hominis stulticiam vlciscitur. Quanto satius fuisset se
in Rubeam Salibus lusisset et Anagyrim reliquā non attigis-
set. tum si literis fortasse literatis/ qd nullus negare potest Aca-
demia sua floretet nostram non in totum labefactaret quin ac-
cingimur gladiatorio plane conatu et studia iam reuiescentia
mutua adiutamus; odia deponamus et plus ingenia bonorum
Iuuenū promouebunt q̄z si ita mutuis odijs velitatur. Nul-
lus recensuit ex tempore.

Lipsiae impressit Vuolffgangus Monacē. 1519.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.




Fi 3147

(x227 2744)

ml







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

llus Lipsensis respondet
mini Wittenbergensi.

us me genuit pater : mater mihi nulla
de cōmune mihi de Jove Pallas habet.

